crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non
pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti michi.
quia tui sunt et mea omnia tua sunt et tua mea sunt:
et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: et
hi in mundo sunt et ego ad te venio. Of. Ascendit
deus in iubilatione et dominus in voce tube all' all'. Secreta.
Sacrificium nunc pro filii tui supplices venerabili quam
prevenimus nunc ascensione deferimus. presta quesumus ut et nos
per ipsum his commerciis sacrosanctis ad celestia consurgamus.
Qui tecum eo et spiritu sancto vivis et regnas deus per omnia. Com.
Pater cum essem cum eis ego servabam eos quos dedisti michi alleluia.
nunc autem ad te venio: non rogo ut tollas eos de mundo sed ut
serves eos a malo alleluia alleluia. Post. Tribue quesumus domine ut
ut per hec sancta que sumpsimus illuc tendat nostre devotionis
affectus quo tecum est nostra substantia Jhesus christus dominus noster. Qui tecum.
Viri Galilei. In die ascensionis domini.
Quid ammiramini aspicientes in celum alleluia.
Quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum ita veniet
all' all' all'. Ps. Cumque intuerentur in celum euntem illum. ecce
duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis. Gloria. Gloria in ex.
Cor. Concede quesumus omnipotens deus: ut qui hodierna die unige